



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum idolatria sit species superstitionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

De idolatria, in quatuor articulis diuisa.

**D**EINDE considerandum est de idolatria. ET CIRCA hoc quatuor.

¶ Primò, Vtrum idolatria sit species superstitionis.

¶ Secundò, Vtrum sit peccatum.

¶ Tertio, vtrum sit grauissimum peccatorum.

¶ Quartò, De causa huius peccati. Vtrum autem cū idolatris communicandum, dictum est supra, cū de infidelitate ageretur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum idolatria recte ponatur species superstitionis.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd idolatria non ponatur recte species superstitionis.

Sicut enim heretici sunt infideles: ita & idolatry. sed heresis est species infidelitatis, ut in pra. habitum est. ergo & idolatria, non autem superstitionis.

¶ 2 Præ. Latría pertinet ad uitium religionis, cui opponitur superstitio: sed idolatria uidetur uoce dici cum ea latría, quæ ad ueram religionem pertinet. Sicut enim appetitus falsæ beatitudinis cum appetitu ueræ beatitudinis uniuoce dicitur: ita cultus falorum Deorum, qui dicitur idolatria, uniuoce uidetur dici cum cultu ueri Dei, qui est latría ueræ religionis. ergo idolatria non est species superstitionis.

¶ 3 Præ. Illud quod nihil est, non potest esse aliquid generis speciei: sed idolatria nihil esse uidetur dicit enim Apost. ad Corinth. 8. Scimus quia nihil est idolum in mundo. & infra 10. Quid ergo? dico quod idolis immolatum sit aliud, aut quod idolum sit aliud: quali dicit nō: immolare autem idolis propriè ad idolatriam pertinet. ergo idolatria, quasi nihil existens, non potest esse superstitionis species.

¶ 4 Præterea. Ad superstitionem pertinet exhibere cultum diuinum, cui non debetur: sed cultus diuinus sicut non debetur idolis, ita nec aliis creaturis. unde ad Roman. 1. Quidam uituperantur de hoc, quod coluerant, & seruauerunt potius creaturis, quam creatori. ergo in cōueniēter dicitur di superstitionis species idolatria.

natur, quod præter Ecclesie institutione, aut consuetudine fit: ideo, dato quod aliquis præter Ecclesie morem, ad interiorē deuotionem intendet noua ordinare, superfluitatis vitio non caret, & exteriori tantum colitur: nam interiori peccat, ab Ecclesie regula declinans, Quale autem peccatum committatur in huiusmodi superfluitate, quæ inter superstitiones numeratur, in litera non exprimitur. Est tamen communiter ueniale, nisi contempnus ecclesiasticæ disciplinae, aut interioris cultus adfit, quia non est ibi perfecta superstitionis ratio. Nec tamen leue habendum est peccatum hoc: quoniam infra superstitionis laetitiam cōtinetur, quæ diuino opponitur cultui. Omne autem peccatum in his, quæ Dei sunt, magnū esse constat.

¶ 2 Præ. Exterior cultus est profectio quadam cultus interioris, quo Deus colitur fide, spē, & charitate, ut August. dicit \* in Enchiridion: sed in fide, spē, & charitate non potest esse aliquid superfluum: ergo neque in diuino cultu.

¶ 3 Præterea. Ad diuinum cultum pertinet, ut ea Deo exhibeamus, quæ a Deo accepimus: sed omnia nostra Deo accepimus, ergo si totum quicquid possumus, facimus ad Dei reuerentiā, nihil superfluum erit in diuino cultu.

SED CONTRA est, quod August. dicit \* in 2. de doctr. christ. quod bonus, uerūq; christianus etiam in literis sacris superstitionis signata repudiat: sed per sacras literas Deus colendus ostenditur. ergo etiam in cultu diuino potest esse superstitio ex aliqua superfluitate.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur superfluum dupliciter. Vno modo, secundum absolutam quantitatem: & secundum hoc non potest esse aliquid superfluum in diuino cultu: quia nihil potest homo facere, quod non sit minus eo, quod Deo debet. Alio modo potest esse aliquid superfluum secundum quantitatem proportionis, quia scilicet non est fini proportionatū. Finis autem diuini cultus est, ut homo Deo det gloriam, & ei se subiciat mente, & corpore: & ideo quicquid homo faciat quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc, quod mens hominis Deo subiiciatur, & etiam corpus per moderatam refrenationem concupiscentiarum, secundum Dei, & Ecclesie ordinationem, & consuetudinem eorum quibus homo conuiuit in diuino cultu. Si autem aliquid sit, quod quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc, quod mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentiæ moderatè refrænentur: aut etiam si sit præter Dei, & Ecclesie institutionē, uel contra consuetudinem communem, quæ secundum \* August. pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum, & superstitiosum: quia in exterioribus solum consistens, ad interiorē Dei cultum non pertinet. Vnde \* August. in lib. de uera religione, inducit, quod dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra uos est: loquitur contra superstitiosos, qui scilicet exterioribus principalem curam impendunt.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod in ipsa Dei glorificatione implicatur, quod id quod fit, pertineat ad Dei gloriam, per quod excluditur superstitionis superfluitatis.

**A**D SECVDVM dicendum, qd per fidem, spē, & charitatem, anima subiicitur Deo: unde in eis non potest esse aliquid superfluum. Aliud autem est de exterioribus actibus, qui quandoque ad hæc non pertinent.

**A**D TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de superfluo, quantum ad quantitatem absolutam.

Enchir. c. 3. to. 3.

Li. 1. c. 18. in med. to. 3.

In epist. 86. par. a prim. tom. 2. & de Eccl. dogm. c. 22. Ca. 3. a med. to. 1.

nominatur: sed deberet potius nominari latría creaturæ.

SED CONTRA est, quod A. 17. dicitur, quod Paulus cum Athenis expectaret, i. citabatur spiritus eius in ipso, uideus idolatriæ deditam ciuitatem. & postea dixit: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos uos uideo. ergo idolatria ad superstitionem pertinet.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum \* est, ad superstitionem pertinet excedere debitum modum diuini cultus. Quod quidem præcipue fit, quando diuinus cultus exhibetur, cui non debet exhiberi: debet autem exhiberi soli summo Deo, scilicet in creatore, ut supra \* habitum est, cum de religione ageretur: & ideo cuiuscumque creaturæ diuinus cultus exhibetur, superstitiosum est. Huiusmodi autem cultus diuinus sicut creaturæ insensibili exhibebatur per aliqua sensibilia signa, puta, sacrificia, ludos, & alia huiusmodi: ita etiam exhibebatur creaturæ repræsentatæ per aliquam sensibilem formam, seu figuram, quæ idolum dicitur. Diuinitatis tamen cultus diuinus idolis exhibebatur. Quidam enim per quandam nefariam artem imagines quasdam construunt, quæ uirtute dæmonum aliquos certos effectus habebant: unde putabant in ipsis imaginibus esse aliquid diuinis, & per consequens, quod diuinus cultus eis deberetur. Et hæc tuit opinio Hermæ Trimegisti, ut August. dicit in 8. de ciuit. Dei.

ALI uerò non exhibebant cultum diuinis ipsis imaginibus: sed creaturis, quarum erant imaginis: & utrumque horum tangit Apost. ad Roma. 1. Nam quatum ad primum dicit. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum. Quantum autem ad secundum subdit. Coluerunt, & seruierunt potius creaturæ, quam creatori. Horum tamen fuit triplex opinio. Quidam enim aestimabant quosdam homines Deos fuisse, quos per eorum imagines colebant, sicut Iouem, Mercurium, & alios huiusmodi. Quidam uerò aestimabant totum mundum esse unum Deum, non propter corporalem substantiam, sed propter animam, quam Deum esse credebant, dicentes Deum nihil aliud esse, quam animam motu, & ratione mundum gubernantem: sicut homo dicitur sapiens propter ani-

mam, non propter corpus. Vnde putabant toti mundo, & omnibus partibus eius, esse cultum diuinis exhibendum, celo, acri, aqua, & omnibus huiusmodi partibus: & ad hæc referebant nomina, & imagines suorum Deorum, sicut Varro dicebat, ut narrat \* Aug. in 7. de ciuit. Dei. Alij uerò, s. Platonici, posuerunt unum esse summum Deum causam omnium, post quem ponebant esse substantias quasdam spirituales a summo Deo creatas, quas Deos nominabant, participatione scilicet diuinis: nos autem eos angelos dicimus: post quos ponebant animas celestium corporum, & sub his dæmones, quos dicebant esse aerea quadam animalia, & sub his ponebant animas hominum, quas per uirtutis meritum ad Deorum, uel dæmonum societatem assumi credebant, & his omnibus cultum diuinis exhibebant, ut August. narrat in 18. de ciuit. Dei. Has autem duas ultimas opiniones dicebant pertinere ad physicam theologiam, quam philosophi considerabant in mundo, & docebant in scholis. Aliam uerò de cultu hominum, dicebant pertinere ad theologiam fabularem, quæ secundum figmenta poetarum repræsentabatur in theatris. Aliam uerò opinionem de imaginibus, dicebant pertinere ad ciuilem theologiam, quæ per Pontifices celebrabatur in tēplis. Omnia autem hæc ad superstitionem idolatriæ pertinebant: unde August. dicit \* in 2. de doctr. christi. Superstitiosum est, quicquid institutum ab hominibus est ad faciendam, & colendam idola, uel pertinens ad colendum, sicut Deum, creaturam, partem uel ullam creaturæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut religio non est fides, sed fidei protestatio per aliqua exteriora signa: ita superstitio est quadam infidelitatis protestatio per exteriorem cultum, quam quidam protestationem nomen idolatriæ significat, non autem nomen heresis, sed solum falsam opinionem.

Et ideo heresis est species infidelitatis: sed idolatria est species superstitiosis.

AD SECVNDVM dicendum, quod nomen latræ dupliciter potest accipi. Vno enim modo significat humanum actum ad cultum Dei pertinentem: & secundum hoc non variatur significatio huius nominis latría, cuiuscumque exhibebatur, quia illud cui exhibetur, non cadit secundum hoc in eius definitionem. Et secundum hoc la-

ne fidei, & idolatria qui ex alieno affectu hos actus perniciosos exterius committit, quia uoluntarie committit actus exteriores talium uictorum: ita non excusatur in foro conscientie ab ecclesiasticis censuris latis contra committentes talia crimina: ita quod si effectus lata excommunicationis sententia contra fures, ille qui in solum exteriorem actum furti consentiendo, furatus est, proculdubio esset excommunicatus in foro conscientie, quia uoluntarie furtum committit. Similiter Christianus ille, qui in solum exteriorem actum negandi fidem consentit, est in foro conscientie excommunicatus: quia uoluntarie consentit in actu infidelitatis, & illum exerceat negando Christum uerbo, ut Petrus fecit. Et similiter qui solum actum idolatriæ exterius committit, excommunicatus est in foro conscientie: quia actum infidelitatis, & apostasie uoluntarie exerceat. Est enim idolatria ex proprio genere infidelitatis protestatio, ut in hac littera dicitur. Et omnium horum, & similibus communis ratio est, quia iste in foro conscientie est idolatria, sicut & cætera. Non enim solum dicitur in foro conscientie fur, aut idolatra, qui ex affectu furti, aut idolatriæ furatur, aut idola colit: sed etiam qui uoluntarie exerceat exteriorem actum furti, aut idolatriæ. Concurrunt enim tunc ad hanc denominationem & actus exterior, & actus interior: quantum actus interior uideatur quasi extraneus ab exteriori. Et per hoc patet responsio ad primam obiectionem in oppositum, dicendo, quod hic est infidelitas exterior uoluntaria. Et quia actus uoluntatis quo consentit in actum exteriorem ad eadem speciem spectat, in qua est actus exterior,

Li. 7. c. 16 & c. 6. tom. 5.

Lib. 18. c. 14. tom. 5.

Li. 2. c. 20. in prin. to. 1.

communicatus. Et est ratio dubii, quia censuræ sunt late contra hereticos. In casu autem proposito nulla est infidelitas in anima secundum ueritatem. ergo non incurritur in foro conscientie huiusmodi censura. Et constat, quia si dicitur non ex infidelitate infideli, sed ex uerbis hereticis, puta, quod mortuorum corpore est mortua etiam anima, non est excommunicatus: ita dicitur factus cultus, & non ex infidelitate idolis esse Deum, non est excommunicatus. Pro parte autem affirmatiua est, quia talis est uere apostata, ac per hoc excommunicatus.

Ad evidentiam huius sciendum est, quod dupliciter contingit aliquem actum humanum perniciosum exercere, scilicet ex animo affectu illo uicio, ut si quis ex auiditia furetur, ex auiditia fornicetur, ex infidelitate neger Christum, ex interio- idola offerat extra sacrificium idola: & de istis nulla est questio. Alio modo contingit fieri ex animo reuerentis secundum se illius crimen: sed propter alium affectum consentiente in actum exteriorem perniciosum, ut si mulier exolam habens libidinem, timore permittat se cognoscere. Et similiter homo exolam habens timorem, compulsius a domino, consentit in exteriorem actum furti. Et similiter reuerentiam perfectam in usum fidem, timore uictus consentit in exteriorem actum negandi fidem, ut fecit Petrus, aut despiciens idola in mente sua, timore, ut Marcellinus, thura exterius offerat idolis. Aut amore populari idem faciat, ut Seneca. Et de huiusmodi est questio presens, & iam ex alijs exemplis potest patere solutio questionis, quod quemalmodum non excusatur in foro conscientie a furto, fornicatione, negotio-

rior, ideo in hoc dicto, scilicet, infidelitas exterior uoluntaria includitur interior uoluntatis actus infidelitatis. Ac per hoc uoluntarie negans Christum solo uerbo, non solum extra, sed etiam intus est quodammodo infidelis, quauis absolute non sit intus infidelis.

¶ Ad secundum dicitur, quod dicens, cognoscendo quod dicit, uerba contra fidem ferio, proculdubio est excommunicatus, ut dictum est. Dicens autem ioco, excommunicatus non est, quia non dicit illa uerba, ut sunt uerba infidelitatis, grauisime tamen peccat.

¶ Super quaest. nonagesimam quartam articulum secundum et tertium.

IN art. 2. & tertium simul q. eisdem 94. dubia duo occurrunt. Alterum de comparatione idolatrie exterioris tantum uoluntarie ad infidelitatem. Alterum, de comparatione idolatrie ad omnia alia crimina. Est autem ratio primi dubii, quia uidetur quod infidelitas interior sit peccatum grauius quam mendacium perniciosum, quo quis non ex animo colit idola, ut Seneca, aut Marcellinus.

In oppositum autem est autoritas Augustini in litera secundae articuli allata, dicentis de Seneca, quod eo damnabilis colebat idola, quo illa, quae mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus ueraciter agere existimaret. Et in litera tertii articuli in responsione ad primum dicitur, quod infidelitatem grauius esse peccatum arguebat, defendendo contrarium. Si uero sit exterior tantum idolatria absque interiori infidelitate additur culpa falsitatis, quasi culpa falsitatis aequetur infidelitati interiori.

¶ Secundi autem dubii ratio est, quia odium Dei ex genere suo est grauius

trianiuoce dicitur, secundum hoc, quod pertinet ad ueram religionem, & secundum quod pertinet ad idolatriam. Sicut solutio tributi uniuoce dicitur siue exhibeatur uero regi, siue falso. Alio modo accipitur latría prout est idem religioni: & sic cum sit uirtus, de ratione eius est quod cultus diuinitus exhibeatur ei, cui debet exhiberi, & secundum hoc latría aequiuoce dicitur de latría uere religionis, & de idolatria. Sicut prudentia aequiuoce dicitur de prudentia quae est uirtus, & de prudentia quae est carnis.

AD TERTIUM dicendum, quod Apostolus intelligit idola nihil esse in mundo, quia imagines illae, quae idola dicebantur, non erant animatae, aut aliquam uirtutem diuinitatis habentes, sicut Hermes ponebat, quasi esset aliquid compositum ex spiritu & corpore. Et similiter intelligendum est, quod idolis non est aliquid immolatum, quia per huiusmodi immolationem carnes immolatiuae aliquam sanctificationem non consequuntur, ut Gentiles putabant: neque aliquam immunditiam, ut putabant Iudaei.

AD III. dicendum, quod ex consuetudine, qua creaturas quascunque colebant Gentiles sub quibusdam imaginibus, impositum est hoc nomen idolatria, ad significandum quaecunque cultu creaturae, et si sine imaginibus fieret.

ARTICVLVS II.

Utrum idolatria sit peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod idolatria non sit peccatum. Nihil enim est peccatum, quod uera fides in cultu Dei assumit: sed uera fides imagines quasdam assumit ad diuinum cultum. Nam & in tabernaculo erant imagines Cherubin ut legitur Exod. 25. & in Ecclesia quaedam imagines ponuntur, quas fideles adorant. ergo idolatria, secundum quam idola adorantur, non est peccatum.

¶ 12 Præterea. Cuilibet superiori est reuerentia exhibenda. sed angeli, & animae sanctorum sunt nobis superiores. ergo si eis exhibeatur reuerentia per aliquem cultum uel sacrificiorum, uel aliquorum huiusmodi, non erit peccatum.

¶ 3 Præterea. Summus Deus interiori cultu mentis est colendus, secundum illud Ioannis 4. Deum oportet adorare in spiritu & ueritate. Et Augustinus dicit in Enchiridionem, secuti sunt quidam haereticus

quod Deo colitur fide, spe, & caritate: potest autem contingere quod aliquis exteriorius idola colat, interiorius tamen a uera fide non distat. ergo uidetur quod sine peccato diuini cultus possit aliquis exteriorius idola colere.

SED CONTRA est, quod Exod. 20. dicitur. Non adorabis ea, scilicet exteriorius, neque coles, scilicet interiorius, ut glo. exponit & loquitur de sculptilibus, & imaginibus. ergo peccatum est idolis exterioriorem, uel interioriorem cultum exhibere.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc aliqui dupliciter errarunt. Quidam enim putauerunt, quod offerre sacrificium, & alia ad latriam pertinentia, non solum summo Deo, sed etiam aliis imprædictis esset debitum, & per se bonum, eo quod culibet superiori naturae diuinam reuerentiam exhibendam putant, quasi Deo propinquiori: sed hoc irrationabiliter dicitur. Nam etsi omnes superiores reuereri debeamus, non tamen eadem reuerentia omnibus debetur, sed aliquid speciale summo Deo debetur, qui singulari ratione omnes excellit: & hoc est latría cultus. Nec potest dici, sicut quidam putauerunt, hanc uisibilem sacrificia diis alii congruere, illi uero summo Deo tamquam meliori meliora. Iure mentis officia: quia ut Augustinus dicit in 10. de Ciuit. Dei. exteriora sacrificia ita sunt signa interiori, sicut uerba sonantia signa sunt rerum.

¶ I Quo circa sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus signifiantes uoces, cui tamen res ipsae in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non offerunt uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam ei, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Alio uero estimauerunt latriam cultum exterioriorem non esse idolis exhibendum tanquam per se bonum, aut opportunum, sed tanquam uulgari consuetudini conformem, ut Augustinus in 6. de Ciuitate Dei, introducit Senecam dicentem. Sic, inquit, adorabimus, ut minus inmerimus huiusmodi cultum magis ad morem, quam ad rem pertinere. Et in lib. de uera religione, Augustinus dicit, non esse religionem a philosophis quaerendam, qui eadem sacra recipiebant cum populis, & de suorum Deorum natura, ac summo bono diuersas contrariasque sententias in se habebat. Et hunc etiam errorem secuti sunt quidam haereticus

E. Contra e. 196.

Enchir. c. 3. 100. 3.